

05

A

1286



DISPUTATIO JURIDICA

Ad l. unic. G. de Famofis libellis,

Quam

Aspirante Divino Numine,

Ex permisso & authoritate

Magnifici & Amplissimi, Juris Antecessorum
in florentissima SALANA, Ordinis,

P R A E S I D E

Viro Amplissimo & Consultissimo

Dn. ORTOLPHO FOMANNO

J Cto, Facultatis Juridicæ Seniore & Professore cele-
berrimo, nec non Provincialis Curiæ & Scabinatus
ibidem Assessore meritissimo, Præceptore ac Favitore
suo observandissimo.

Publicè discutiendam proponit

NICOLAVS VVASMUND,
NeoBrandenburg. Megapol.

Ad diem 12. Septembris,
horis locoq; solitis.

JENÆ

TYPIIS JOHANNIS BEITHMANNI,

ANNO CLC XC XVII.



VIRIS

Amplissimis, Clarissimis, Consultissimis,

Dn. ORTOLPHO FOMANNO

Seniori,

Dn. DOMINICO ARUMÆO

p. t. DECANO Spectabili,

J Ctis Excellentiss. Antecessoribus & Professo-

ribus in incluta Salana Celeberr. Judicij Pro-

vincialis, ut & Scabinatus ibidem Assessorum

meritiss. digniss.

Dn. HENRICO KRAUTHOFIO J. U. D.

Practico insigni, & Curiæ Provincialis

Illusterrimorum Ducum Megapo-
lensium Advocato meritissimo.

Dn. PETROW WASMUND J. U. D.

& ejusdem Dicaesterii Provincialis Advo-
cato & Procuratori solertiss. digniss.

*Illiis Dn. Mecœnatibus, Patronis, ac Prece-
ptoribus meis, perpetuâ animi observantia suspiciendis
in debitum observantia debitæ signum & benevolentia
ulterius demerenda aucupium.*

*Isti Dn. Affini & Promotori meorum Conatum
certissimo, colendiss. in gratiam animi grati significationem, ad
perpetuandum & continuandum benevoli & faventis
animi studium.*

*Huic Dn. Fratri optimè de me merito in fraterni amoris,
debitæ observantia, & grati animi temporis.*

Positiones hasce legales

devotè ac officiosè

offerò, dedico, consecro

Nicolaus Wasmund A. & R.





THEISIS I.

Um fama rerum omnium pretiosissima sit, & inæstimabilis (a) nilq; honesto viro sanctius aut antiquius esse debeat, quam ut existimationem suam semper fartam teatamq; conservet, secundum illud Poëtæ: Omnia si perdas &c. non immerito & priscæ (b) & novæ leges (c) dignis ipsos prosequuntur pœnis, qui famosos libellos, carmina, versus, epigrammata, aut picturas famosas ad commaculandam & denigrandam alterius famam scribere, facere, proferre audent.

(a) l. 104. ff. de regul. jur. l. 8. §. pen. ff. quod metus causa.
(b) Augusti Imp. Tiberii, Neronis, aliorumq;, quorum meminit Tacitus lib. 1. annal. c. 14. & lib. 4. c. 5. (c) Imper. Justin. l. ex Cornelia. 5. §. si quis §. eadem pœna l. quod SCi. t. 6. ff. de inj. l. unic. C. defamos. libellis Novissim. Impp. Carol. V, Ferd. Maximil. II. ut ex sequentibus patebit.

THEISIS II.

Nomine & appellatione famosi libelli denotatur non tantum famosus libellus, sive scriptus sive excusus, (a) sed etiam pictura famosa, (b) sculptile aut fusorium opus, quod quis in alicujus infamiam fecit, aut ab alio fa-

etum injuriosè manifestavit. (c) Quæ tamen duæ posteriores denotationes per analogiam quandam ad famosum libellum propriè sic dictum referuntur: cum scriptura & pictura in legibus, ut species disparatæ à se invicem sequestrentur. (d)

(a) d. l. s. §. si quis 9. & §. seq. ff. de injur. d. l. unic. C. de famos. lib. (b) d. l. s. §. pen. ibi aliudvè quid sine scriptura in notam aliquorum produixerit ff. de injur. (c) Recess. Imp. August. de Anno 1548. tit. Von Schmähchriften / Gemählts &c. §. Ferner sezen vnd wollen wir vers. ibi: gemahlet/ geschnickt/ gegossen oder geniecht. Recess. Imp. Spir. de Anno 1570. §. Wie wol auch auff etlichen &c. (d) §. literæ 33. & §. seq. Inst. de Rer. divis. l. quaratione 9. §. i. & 2. ff. de A. R. D.

THE SIS III.

Famosus libellus est scriptura, (a) quâ aliqui ad ejus infamiam (b) ignominiosum aliquid dolosè (c) objicitur. Qui vulgo dicitur Pasquillus; Ein Schmecheschrift oder Pasquill.

(a) d. l. s. eadem, ibi sine Scriptura, junct. §. præced. ibi, si quis librum ff. de injur. Quæcunque igitur scriptura hic intelligitur, d. l. unic. C. de famos. libell. d. l. s. §. eadem ff. de injur. l. ob carmen 21. ff. de testib. l. 15. cui 18. §. 1. ff. Qui testam. fac. poss. dict. Imperii Recess. (b) ad infamiam alicujus pertinet hic libellus d. l. s. §. 9. & §. seq. l. 15. §. si quis libello ff. de injur. §. 1. vers. si quis ad infamiam Inst. de injur. (c) d. l. s. §. si quis librum, ibi, dolo malo fecerit ff. de injur. & Can. ult. ibi, sed vim earum dolosè manifestaverit. §. q. i.

THE SIS IV.

Unde inter famosum libellum & aliam scriptam

ptam injuriam hæc traditur differentia, (a)
quòd ille ad infamiam pertineat, injuria au-
tem scripta fiat contumeliæ causa, absque in-
famiae nota, ut si quis luscus, fatuus, claudus,
mendicus, aliovè contumelioso nomine ap-
pelletur & traducatur.

(a) Wes. in parat. ff. de injur. n. 19. & consil. 22. n. 5. part. I.

T H E S I S V.

Injuria per famosum libellum illata, cùm
in jure disertè opponatur delicto, quod re,
putà facto quodam committitur, (a) non rea-
lis sed verbalis est. (b)

(a) l. aut facta 16. in pr. ff. de pœn. (b) Omnis injuria fit
aut re aut verbis l. i. §. 1. ff. de injur. Certissimum autem est &
Grammaticis etiam non ignotum, quod verbavel dicantur, sive
ore proferantur, vel scribantur. Bocer. ad d. l. unic. C. de famos.
libell. c. 1. nu. 29. Matth. Stephani cent. 4. q. 21. lit. a. Harp. ad
§. 1. Inst. de injur. n. 51. & seqq.

T H E S I S VI.

Reputatur autem famosus libellus, non
tantùm si dissimilato, fictovè, sed etiam si
subscripto aut expresso authoris nomine di-
vulgetur. (a) Quin similiter talis judicatur, et-
iam si nomen illius, in cuius infamiam est scri-
ptus, in eo non sit expressum, si modò per con-
jecturas, vel inquisitionem famoso libello
ignominiosè traductus investigari possit. (b)

(a) l. lex Cornelias 5. §. si quis librum 9. ff. ac injur. & famos.
libell. Wesemb. in parat. ff. de injur. n. 19. Recess. Imp. Franco-
furt.

furt. de Anno 1577. tit. 35. §. Und sezen/ ordnen / &c. ibi: Es
habe der Author seinen Mahmen darunder gesetz oder nicht.
(a) arg. l. item apud 15. §. cui non sine causa. ff. eod. Nihil et-
enim curandum, cum quo quis loquatur, sed in quem vo-
luntatis intentio dirigatur, l. campater 77. §. donationis 25. ff.
de legat. 2. nihilq; refert, proprio nomine an res appelletur,
an digito ostendatur, an vocabulis quibusdam demonstre-
tur, l. certum 6. ff. de reb. credit.

T H E S I S VII.

Nec impedit, quò minus talis sit libellus,
quòd p̄fimum apud bonos & graves viros non
sit productus, vel diffamatio illius in horum
notitiam non primùm pervenerit: (a) vel ali-
quod speciale crimen non sit objectum. (b)

(a) arg. l. unic. C. de famos. libell. l. lex Cornelia 5. §. si quis
librum ff. de injur. Ordinat. Criminal. Carol. V. artic. no. qui-
bus in locis hujus requisiti nulla fit mentio, item l. item apud
15. §. si quis libello 29. ff. de injur. & fam. (b) Ad substantiam
famosi libelli tantùm desideratur, ut in eo quid scriptum
sit ad infamiam alicujus, non ut specialiter ipsa infamia
certo quodam crimine exprimatur §. i. vers. vel si quis ad infa-
miam, Inst. l. 5. §. 9. l. 15. §. 29. ff. de injur.

T H E S I S VIII.

Obligatur ex famoso libello non tantùm
author ejus, qui illum composuit, (a) sed et-
iam qui ab alio compositum descripsit, (b)
ab alio compositum, manuve scriptum, vel
typis excusum edidit. (c)

(a) l. lex Cornelia 5. §. si quis librum 9. ff. de injur. l. unic.
ibi, quasi Authorem. C. de famos. libell. (b) d. l. 5. §. si quis ff. de
injur. (c) d. l. 5. §. 9. ibi, ediderit. ff. d. r.

T H E-

T H E S I S . IX.

Mandans etiam & procurans, ut scribatur, componatur, vel edatur famosus libellus: (a) vel ad valvas affixum, vel in platea alicubi eundem repertum non statim corrumpens, sive Vulcano consecrans, sed vim ejus, vel legendo, vel sententiam ejus exponendo aliis manifestans, pœnâ ejusdem sine dubio tenetur. (b)

(a) d. l. s. §. si quis librum q. ibi, dolovè malo fecerit, quo quid eorum fieret ff. de injur. (b) d. l. unic. in pr. C. de famos. libell. & Can. ult. in fin. s. q. 1.

T H E S I S . X.

Obligatur item libellum famosum componens, quamvis non ipsem eum, sed alias casu inventum manifestarit. Causam enim cùm infamandi præstiterit, simul infamâsse censetur. (a) De vendente, emente, aut vendendum emendum vè hunc libellum curante idem statuimus. (b)

(a) l. nihil 15. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. qui occidit 30. §. in hac quoq; ff. ad l. Aquil. l. 4. § sed et si ff. vi bonor. raptor. Præsumitus enim, ipsius voluntate libellum publicatum esse. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. cent. 3. cas. 263. n. 36. (b) d. l. §. §. eadem pœna 10. ff. de injur. Recess. Imp. suprà allegatis, & Recess. Imper. Erfurt. de Anno 1567. §. Demnach ferner. & d. Recess. Imp. Francofurt. de Anno 1577. tit. 35.

T H E S I S . XI.

Anceps & dubia hîc nobis occurrit quæstio, quæ ob textuum varietatem, varias quoq;
in

in sententias distraxit Interpp. An obligetur & is ad pœnam famosi libelli, qui verum in eodem alicui cùm objicit? A.

Licet objiciens crimen velit probare *l. unic. C. de famos. libell. P. H. D. artic. 110. circa fin.* &c secundum hanc constitutionem in Camera Imperiali judicatum notat Mynsing. cent. 4. obs. 4. & consil. 59. n. 40. rectè! Nam judicialiter ad demonstrationem criminis se offrire debuerat, non per clanicularias suggestiones, vel extrajudiciales insectationes xiones proximi famam lacinare, *l. 3. C. de off. Rect. provinc. Covarr. i. var. resolut. c. 11. n. 7. Gomez. tom. 3. com. c. 6. num. 1. Heig. quest. 31. n. 41. part. 2. quest. jur.*

THESSIS XII.

Ambigui quæstionis & illud est: Anteneatur pœnâ famosi libelli, qui eundem nactus ab alio, & manifestavit, paratus demonstrare Authorem? Et ipsum teneri à quibusdam (a) non improbabiliter asseritur.

(a) Salicet. in d. *l. unic. C. de famos. libell. Schneid. in § in- juria a. nu. 5. Inst. de injur. Everh. Speckhan. cent. 2. class. 3. q. 7. nu. 11.*

THESSIS XIII.

Utrum famosus sit libellus vel alia scripta injuria, non inscitè etiam disquiritur: Si pars litigans parti adversæ, aut ejus testi crimen verum in scripto objiciat? Quæstionem hanc resolvit Bocerus (a) distinctione: Aut ex justa causa, puta ad utilitatem negotii in judicium tracti crimen objicitur, (b) aut non ex justa causa.

causa. Illo casu pronunciat sententiam absolu-
toria, (c) hoc condemnatoriam. (d)

(a) c. 3. n. 22. ad l. unic. C. de famos. libell. (b) Si reus in
vim exceptionis objicit actori, quod sit bannitus fractæ pa-
cis publicæ aut alterius criminis nomine, ob quod stare in
judicio prohibetur. Vant. de Nullitat. rubr. de nullitat. sent. ex
defectu inhabilitatis nu. 51. Vel quod sit excommunicatus c. per
tuas 7. ubi Cujac. X. de sentent. excommunic. c. 2. c. inter. 5. §. ult.
X. de Except. Vel quod testis judicio publico damnatus tan-
quam infamis produci nequeat, l. 3. §. lege 5. l. si scio 14. l. 20.
ff. de testibus c. ult. X. eod. tit. Nov. 90. c. 1. c. testimonium 54. §. 1.
X. de testib. ut quilibet alias infamis Nov. 90. c. 1. d. l. 3. in pr.
vers. & an honestæ ff. de testib. c. testimonium 54. §. 1. X. eodem.
(c) Covarruv. 1. variar. resolut. 11. n. 6. & 7. arg. l. 10. C. de injur.
& l. 31. C. de liberali causa. Tum etiam nemo tenetur, nisi de
eius dolo & animo injuriandi constet l. 5. §. si quis librum ff.
de injur. l. si non convicti. C. de injur. Geil. 2. obs. 99. n. 2. obs. 101.
nu. 7. Myns. cent. 4. obs. 4. in fin. (d) l. quisquis 6. §. 1. C. de
postulando l. si quis 12. ff. de injur. Mynsing. a. jam loco. & Di-
dac. Covarr. d. l.

THESES XIV.

Qui repertum & lectum hunc libellum al-
teri secretò legendum exhibuit, si lectus ab
hoc statim comburatur aut dilaceretur, pœnâ
istius non tenetur. (a) Quid autem, si legit
repertum, aliiq; similiter legendum obtulit,
sed ante absolutam lectionem pœnitentiâ
ductus è manibus rursùm ipsi excuslit? Etiplè
quidem à pœna ordinaria liberandus videtur,
si alter & infamati nomen, & criminis obiecti
conditionem nondum cognoverit, (b) quod

B. si

I factum, extra ordinem pœnam non effugit. (c)

- (a) arg. l. lex *Cornelia* §. si quis 9. ff. de injuriis l. si non con-
vicii s. C. b. t. c. ult. ibi, sed vim earum dolosè manifestaverit s. q. r.
(b) l. qui falsam 19. in pr. ff. ad l. *Cornel.* defals. arg. l. *Sitanianus*
in fin. C. de his quib. ut indign. (c) arg. l. i. in fin. ff. de extraord.
criminib. junct. l. unic. C. de famos. libell.

T H E S I S X V .

Non inconvenienter hoc loco moveri potest
quæstio: Num Pater iniuriam filiofam. perfa-
mosum libellum irrogatam infamanti sim-
pliciter remittere ac condonare possit, ut nul-
la amplius obligatio competit filio? Quod
utique affir. (a) Ecquid autem filius, post re-
missionem à patre factam, emancipatus, actio-
nem iniuriarum repetere vel resuscitare potest?

Negam. (b)

- (a) l. sed si unius 17. §. planè si præsens 12. l. i. §. item aut per
3. & §. sive autem 8. l. pater 41. ff. de injur. l. 2. C. eod. Dd. commu-
niter, quos sequitur Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 58. n. 22. (b)
l. sed si unius §. planè ff. de injur. ubi Ulp. ait: Patrem iniuriam
filio illatam remittere posse, ut filio actio non detur: Semel
autem remissa injuria amplius recoli non potest, §. ult. Inst. de
injur. l. non solum it. §. i. ff. eod. l. auxilium 37. in pr. ff. de minor.
Nec alias actio extincta non reviviscit, l. quires 98. §. aream
§. ff. de solut.

T H E S I S X V I .

Infames cùm vel ipso jure, (a) vel re seu pro-
prio facto & opinione hominum, (b) vel opini-
one hominum tantùm reputentur: (c) nec
ad ullam harum specierum referri possit perfa-
mosum

mosum libellum diffamatus, sequitur, nec illum tam diu infamem fieri, donec contra injuriantem victricem sententiam obtinuerit.

(d) Hinc stulta & inculta, & ob id publica Imperii Constitutione (e) reprobata est opinio opificum, qui nullum iniuriæ lacinatum & divexatum flagris in mechanicis Collegiis ferunt, priusquam legitimo modo adversus injuriatorem insultus se fuerit. Ex quibus & spuriis, re scil. & vitâ honestum, neq; iuris, neq; facti infamiâ laborare manifestū redditur. (f)

(a) tot. tit. ff. de his, qui notantur infam. & tit. C. ex quib. causis infam. irrog. & vel solum ob perpetratum facinus, absque judicis sententia, l. 1. §. qui artis l. 2. §. ait Praetor & legib. seqq. ff. de his, qui not. infam. Vel ob judicis condemnationem, l. 1. vers. qui profacio l. 4. § fin. l. furti & §. Mandati & §. seq. l. in actionib. 7. ff. de his, qui not. infam. l. ult. C. ex quib. causis infam. irrog. l. 1. vers. qui furti ff. de his qui notant l. infamem ff. de pub. judic. l. non debet 11. §. 1. ff. de dolo: Vel ob pactum de turpi quodam delicto remittendo, pro precio, sine judicis authoritate, interpositum, d. l. 1 vers. qui furti l. 4. in fin. l. 5. l. 6. §. pactus ff. de his qui not. infam. l. non damnatos 18. C. ex quibus causis infam. junct. l. transigere C. de transact. (b) Qui ob maleficium nondum condemnati l. interlocutio 29. C. ex quib. causis infam. irrog. l. 2. ff. de obieq. parent. & patron. praest. l. 2. C. de dignit. l. 14. C. ex quib. caus. infam. irrogat. (c) ut levis notæ maculâ aspersi l. fratres. 27. C. de inoff. testam. & quorum existimatio apud bonos & graves viros onerari dicitur l. ea que 13. & l. verbum 17. C. ex quib. caus. infam. irrog. (d) flagitium, non sola obtreccatio & convicium, efficit, ut aliquis, alioquin vitæ scelerisque purus, pro infami habeatur, & arg. l. 13. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. 5. §. existimatio ff. de extraord. cognit. l. 20. & 22. ff. de his qui not. infam. (e) l. unic. in fin.

C. de famos. libell. Recess. Imp. August. de Anno 1548. in fin. tit.
Bon. Handwercks. &c. & Recess. Imp. Aug. de Anno 1577. tit.
38. §. Es sollen. (d) per l. 3. spurios l. spurii 6. in ff. de Decur.
c. nisi 10. §. personæ, verj. Ego sum, & vers. seq. X. de renun-
ciati. Cœn. 1. & seqq. dist. 56. l. si quis 33. §. l. autem, vers. hoc ini-
quum C. de inoff. testam. & l. pen. §. existimatio, ibi, Ex delicto
nostro, ff. de var. & extraord. cognit.

THEISIS XVII.

Inuria per famosum libellum illata cùm
cœteris multò sit gravior & atrocior: idcircò
graviori, adeoque pœna capitali vindicatur.
(a) Sed utrūm hujus legis unic. constitutio de
ultimo supplicio, an de alia mitiori pœnâ intel-
ligenda sit? maximus est Interpp. conflictus
(b) communior & benignior illorum est sen-
tentia, (c) qui per capitalem sive capitis pœ-
nam, quam lex vel statutum irrogat, non in-
telligunt ultimum supplicium, neque in me-
tallum damnationem, (d) sed solùm deporta-
tionem, (e) nisi conjectura & legis ratio apertè
contrarium suadeat.

(a) l. unic. C. de famos. libell. (b) uti constat ex Julio Cla-
ro l. 5. sentent. §. fin. quest. 68. nu. 25. Damhoud, in prax. rer.
crim. cap. 125. n. 2. & multis aliis. (c) Dec. in l. 9. Pet. Fab. in l.
97. ff. de R. J. Mynsing. cent. 2. obs. 45. & respons. 59. num. 49.
decad. 6. Menoch. lib. 5. de presumpt. 49. nu. 3. Bocer. ad l. unic.
C. de famos. libell. c. 5. n. 8. (d) arg. l. interpretatione 42. ff. de
pœn. l. semper 9. ff. de R. J. l. factum 155. §. ult. ff. eod. l. in am-
bigua 19. ff. de l. junct. l. perspiciendum in pr. ff. de pœn. (e) Reus
capitalis vel capitis accusatus in libris nostri juris dicitur
ille, qui plectendus est vel morte, vel exilio, id est, depor-
tatione

tatione l. 4. in pr. ff. si quis caut. jud. sif. l. eum 10. ff. de iur. patron.
l. edicto 13. ff. de bonor. poss. l. qui cum major. §. is demum ff. de
bon. liber. Et capitalia judicia nontantum appellantur ea, ex
quibus poena mors est, sed & ea, ex quibus poena est exilium,
id est, deportatio, quæ in locum aquæ & ignis interdictionis
succedit, l. 2. ff. & §. 2. Inst. de pub. judic. In dubio autem pœ-
nales leges de leviori & mitiori pœnâ intelligendæ sunt,
per suprà adducta, sub lit. d.

THEISIS XVIII.

Et ideo pœnam capitalem in d. l. unic. C. de
famof. libell. pleriq; (a) Interpp. ad ultimum
supplicium, non sine rationibus (b) exten-
dunt, sed illo tantum casu, quando alicui cri-
men atrox & mortis pœnâ dignum objectum
est.

(a) Prætergl. ibid. in d. l. unic. (quam gl. & Carol. V. in
ord. crim. artic. 110. confirmasse videtur) Heig. quæst. 31. n. 45.
part. 2. Bocer. add. l. unic. c. 5. n. 13. Harp. ad §. 1. Inst. de in-
jur. n. 163. (b) d. l. unic. ibi, salutis publicæ curam gerere
eum, qui &c. & ibi, laudem maximam & præmium &c. quæ
verba arguunt, sanctionem hanc de quodam criminе fuisse
latam, cuius proditio Reipub. magnoperè expediret. Adjuvat
ulterius illorum opinionem tit. de famof. libell. C. Theodos. ubi
Constant. Imp. supplicium in authorem famosi libelli con-
vertendum esse ostendit, quâ supplicii voce simpliciter po-
nitâ, mortis pœnâ ut plurimùm significatur, l. 2. C. de com-
merc. & mercat. l. raptore 54. & fin. C. de Episcop. & Cleric. l.
ult. C. de veteris numis. pot. junct. l. 2. C. de falsa moneta.

THEISIS XIX.

Pœna autem famosi libelli in d. l. unic. C. de
fam. libell. & Carol. Constit. artic. 110. expressa, tūm
in novissimis Imp. constitut. repetita, non ad-

B 3 cò in

eo in desuetudinem abiisse videtur, (a) ut omni casu hodiè sit arbitraria, quamvis ratione circumstantiarum interdum augeri vel minui possit. (b) Jure autem Canonicō scribens aut pandens famosum libellum flagellandus est, & anathematizandus. (c)

(a) Consuetudo ut res facti, probari debet c. i. in fin. X. de consuetud. (b) quamvis iudex poenam legis sequi praecise teneatur, l. i. §. quorum 4. ff. ad SCtum Turpil. l. ordine 15. in fin. princ. ff. ad Municipal. certis tamen & justis rationibus motus mitiorem sententiam dicere potest, l. 3. cap. ex quibus caus. infam. irrog. l. perspiciendum 11. in pr. l. aut facta 16. §. 1. & seqq. de poen. Si ad illustris alicujus personae infamiam libellus pertinet, asperius puniri potest tum Author, tum propalator famosi libelli, Recess. Imper. Erfurt. de Ann. 1567. §. Demnach ferner. l. 16. §. 3. ff. de poen.

THESSIS XX.

Quid autem, si non adscripto Authoris nomine innocentii alicui per famosum libellum crimen objectum sit? Et eadem poenâ author hujus libelli plectendus est, quâ diffamatus afficeretur, si crimen ei objectum verum probari posset. (a) Sin verum contineat crimen libellus, arbitrariam poenam ejus Authori non adscripto Constitutio Carolina imponi jubet. (b)

(a) Ord. Crim. Carol. V. artic. 110. Idem sentit & gl. in d. l. unic. in verb. si quis famosum. C. de famos. libell. Heig. part. 2. quest. 31. n. 64. (b) Unde hoc casu lex Carolina corrigit pro parte d. l. unic. C. de famos. libell. & l. un. C. Theodos. eod. t. quæ capit. id est, mortis poenam etiam ei, qui verum crimen extra

extra judicium alicui per famosum imputavit libellum Co-
var. i. variar. resolut. c. ii. n. 7. Heig. d. quest. n. 43. Cùm au-
tem prædicta Carolina constitutio per Recess. Imp. Aug.
de Ann. 1548. tit. tit. von Schmähchriften / & Recess. Imp.
Francofurt. de Anno 1577. tit. 35. non sit abolita nomina-
tim, sed potius confirmata, cùm illi se referant ad priora
jura his verbis; Vermög der Recht / suum vigorem adhuc
obtinere putanda est, arg. l. præcipimus S. ult. C. de appellat.

THE S I S X X I.

Porrò, si Author famosi libelli nomen
suum inseruerit: & h̄c arbitriæ pœnæ locum
dari, (a) etiam jure novissimo, dicendum est.
(b) Quo jure & excudentes libros famosos, ut
& vendentes eos excusos, non modò capi, &
carceri includi, ac de Athore tormentis inter-
rogari, sed & pœna corporali, aut pecuniaria,
itemq; amissione librorum eorundem, & juris
excudendi in posterum libros negata potesta-
te puniri jubentur. (c)

(a) Quia de hoc casu neque d. l. unic. C. de famos. libell.
neque d. Carolin. Constitutio artic. 110. expressè agit, nec us-
piam in jure hujus libelli certa pœna est definita. Ergò ju-
dicis arbitrio relicita censeri debet, l. i. §. i. vers. quibus nulla.
ff. de Effractor. d. Recess. Imp. August. de Ann. 1548. tit. Von
Schmähchriften. & Recess. Imp. Francofurt. de Ann. 1577.
tit. 35. ibi, Dass der Author, wie auch der Ausbringer einer
Schmähchrifft / Buchs oder Gemelts Vermög der Rechten/
vnd je nach Gestalt vnd Gelegenheit der Sachen gestrafft wer-
den solle. (c) Recess. Imp. August. de Anno 1530. & de Anno
1548. tit. von Schmähchriften. Recess. Imp. de Ann. Spir. de
Ann. 1570. §. Zum andern. & Recess. Imp. Francofurt. de
Ann. 1577. tit. 35. von Buchdruckern.

THE

THESES XXII.

Delictum famosi libelli, licet publicam accusationem habeat, (a) non tamen publicum, sed privatum est, (b) unde si publicâ priùs accusatione non actum fuerit, (c) privata æstimatoria & recantatoria injuriarum actione diffamatus experiri, (d) utramq; & uno in libello cumulare potest. (e) Quæ æstimatoria utrūm perpetua, an annalis? Posteriorius de jure verius est, (f) contrarium quamvis jam usu obtinuerit. (g) Qua tamen actione privatitur, qui contra diffamantem aut divulgatorem libelli retorsione usus fuit. (h)

(a) *l. quod Senatum 6 ff. de injur.* (b) *Quia tam in Digestis, quam in Institutionibus, & Codice, privatis delictis accensetur, §. 1. vers. si quis ad infamiam Inst. de injur. l. lex Cornelia s. §. si quis librum 9. cum l. seq. ff. de injur. & famos. libell. l. unic. C. de famos. libell. qui titulus immediate & confessim subicitur titulo de injuriis.* Præterea nullâ certâ lege expressè caustum & constitutum est, ut injuria per famosum libellum illata publicum sit judicium vel delictum, *l. 1. ff. de pub. judic. l. 35. ult. ff. de prævar. Hunn. disputat. 17. ad Institut. th. 25. Harp. ad tit. de injur. Inst. §. 1. nu. 211. Diff. Bocer. ad l. unic. C. de famos. libell. c. 5. nu. 36.* (c) *d. l. 6 ff. de injur.* (d) *Cain. mergerichts Ordnung part. 2. tit. 28. §. vñ sonderlich.* (e) *Mynsing. cent. 2. obs. 98. Geil. 1. obs. 65.* ubi hanc actionem recantatoriam civilem esse, non criminalem, convincunt. (f) *Siquidem, ut s in th. 5. probatum, hæc injuria verbalis, non realis est, ergo consequitur inde, quod juristantum Prætorii sit actio injuriarum ex famoso libello competens, l. si non conviciis. C. de injur.* Cùm prætor de omni injuria, etiam per famosum libellum illata, actionem injuriarum præbeat,

l. item

l. item apud 15. §. generaliter. 27. ff. d. tit. quæ plerumque an-
nali spacio circumscribitur, §. 1. Inst. de perpet. & temp. act.
(g) Geil. 2. obs. 104. nu. 4. Bocer. ad l. unic. C. de famos. libell.
cap. 5. nu. 43. (h) Qui retorsit & regessit injuriam sibi illatam,
is opprobrium, convicium & pudorem suum purgâsse dici-
tur, l. que omnia 25. ibi purgare magis convicium, item ibi, fa-
rendus est enim pudorem suum purgans ff. de procurat. Ergo
post retorsionem sublato hoc onere lassionis, tollitur quo-
que ipsa injuriarum actio. Præterea juris expediti est, quod
pluribus juris remediis ex uno facto circa eandem rem con-
currentibus, unum tollat & absorbeat aliud l. plura. 53. in pr.
vers. nam si ex una ff. de obligat. & act. & l. nemo 53. ff. de R. f.
Cùm itaque ex omni verbali injuria duo juris remedia, re-
torsionis scil. & actionis injuriarum, ad unam eandemque
rem competant, ad contumeliam nempè expellendam &
amovendam l. item apud 15. §. si quis seruo. 46. ff. de injur. Ex
quâ contumelia ipsa injuriarum actio nascitur l. si unus 27.
§. pactus ne peteret 2. vers. non enim, ibi, injuriarum actio ex con-
tumelia nascitur. ff. de pact. l. 1. in pr. vers. specialiter ff. de injur.
sequitur inde, adhibito retorsionis remedio, non amplius
competere alterum actionis remedium.

PAR ERGA.

I.

AN Dominus territorii damnum
mercatoribus, aliisvè Viatoribus
à prædonibus illatum, resarcire
teneatur? Negatur regulariter. Quò
respicit Recess. Imp. Augustanus de Anno
1559. §. Damit dann die Gbriegkeit.

II.

An testis unius, etiam omni exceptio-
ne ma-

ne majoris de crimine admissō testimoniū, quoad jus Justinianēum & Canonicum, sufficiens ad torturam indicium, præbeat? Negat. Quod tamen Ordinat. crim. Caroli V. artic. 30. tanquam sufficiens admittit.

III.

Utrūm etiam sufficiens ad torturam sit indicium, gravis & controversa questio est; Si cadaver hominis imperfecti in praesentia de homicidio suspecti sanguinem effundat? Sed, quia in d. ordinat. crim. Carol. V. varia criminum commissorum sub artic. 18. & aliquot seqq. & maximè homicidiorum indicia exactè recenseantur, hujusq; sanguinis profluvii nulla ibidem fiat mentio, non temerè illud acceptemus.

IV.

An occidentale Imperium à Constantino vel Carolo Magno, vel Ludovico Imperatore Sylvestro Pontifici aut Pape Paschali verè donatum sit? N.

V.

An Princeps suos quoque Vasallos ratione bonorum feudalium collectare possit?

N. regu-

N. regulariter. Cum & in Recessu Imperii Spirensi de Ann. 1544. s. Und nemlich sollen/ ibi sie seyn lehen oder eigen/ & s. Damit nun solcher/ ibi, die seyn lehen oder eigen/ jussi sint quoq; Vasalli de bonis suis feudalibus collectas solvere Turcicas, eo tantum casu, quo necessitas summa id exegit, ut quia Turcicus populus adscito in auxilium Galliarum Rege imperium Romanum depopulari & vastare omni conatu laborabat. Quò respiciunt & alii Imperii Recessus, qui ob Turcicam expeditionem à publicis Contributionibus neminem excipiunt, quantumvis privilegio munitum, & ab oneribus & tributis alioquin immunem.

V I.

Si quispiam ex licentia Principis publico in flumine molendinum habeat, queritur: Num alius suprà vel infrà molendinum illud similiter ex Principis permisso adficare sibi molam possit, invito domino alterius molendini? Comm. negat.

C 2

VII. Quid

VII.

*Quid autem si in privato suo aut publico flumi-
ne molam quis habeat solus, eamque cum Antecesso-
ribus suis ultra hominum memoriam quietè possideat,
nunquid alius vicino quodam in flumine suo privato
invito antiquæ illius molæ domino, ædificare potest? A.*

VIII.

*Utilissimè item queritur: An, si incola pagi cu-
jusdam tempore longissimo usi sint molâ sui domini,
cujus jurisdictioni subditi sunt, & postea proprietori
quodam loco extruatur mola, molendino domini sui
relicto, ad novam hanc molam, cuius usum commo-
diorem habeant, invito domino, accedere possint? A.*

IX.

*Queritur ultimò: Si dominus molæ jurisdictioni
suæ subjectis seriò mandet, ut adeius molam frumen-
tum suum adferant, nec illud ad aliud molendinum
asportent conterendum, atq; ipsi subditi huic præcepto
ac prohibitioni pareant, an ex tempore mandati &
prohibitionis illius præscriptio legitimi temporis ipsi
domino ejusq; successorib. contra jurisdictioni suæ sup-
positos jus aliquod afferat, ut completâ isthac præscri-
ptione, ad solam eam molam frumenta sua congerere
necesse habeant, nec ad vicinorem aliquam molam,
& ne ad propriam quidem ire queant? Affirmativa
opinio quamvis in praxi obtineat, & ex recepta con-
suetudine ejusmodi molæ habeantur, *Zwangmüh-*
*len/ dahn die Leute gezwungen werden zu mahlen / Neg-
tivam tamen theoria veritas amplecti viderit.**

F I N I S.

05 A 7286

ULB Halle
003 780 384

3



W.M.

el



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt


urn:nbn:de:gbv:3:1-520675-p0024-5

DFG

Farbkarte #13

B.I.G.

Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue
-------	---------	-------	---------	-----	--------	-------	------	------



JURIDICA
amoris libellis,

Numine,
uthoritate
, *Juris Antecessorum*,
AN A, Ordinis,

D E

Consultissimo

FOMANNO

niore & Professore cele-
lis Curiæ & Scabinatus
Præceptore ac Favitore
illimo.

dam proponit

V A S M V N D,
. Megapol.

Septembris,
folitis.

Æ

S BEITHMANNI,

c x v i i ,

